

# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST. Laibacher Diocestanblatt.

Št. VIII.

Vsebina: 47. Litterae apostolicae de memoria saeculari B. Petri Canisii.  
— 48. De S. Familia. — 49. Commemoratio SS.mi Sacramenti in Missa coram  
SS.mo exposito quando omittenda. — 50. Begriff der Ausübung gottesdienstlicher  
Verrichtungen. — 51. Izseljevanje v Brazilijo. — 52. Literatura. — 53. Konkurzni  
razpis. — 54. Škofijska kronika.

1897.

47.

VENERABILIBVS FRATRIBVS ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPI AVSTRIAEC GERMANIAE  
HELVECIORVM

LEO PP. XIII

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Militantis Ecclesiae suadet utilitas, non minus quam decus, ut quos excellens virtus ac pietas altius evexit ad gloriam triumphantis, eorum solenni ritu saepius memoria instauretur. Per has enim honoris significationes antiquae subit recordatio sanctitatis, opportuna illa quidem semper, infestis autem virtuti ac fidei temporibus saluberrima. Ac praesenti quoque anno divinae providentiae beneficio fit, ut de expleto saeculo tertio ab obitu *Petri Canisii*, viri sanctissimi, laetari Nobis licet, nihil magis pensi habentibus quam ut iis artibus excitentur bonorum animi, quibus per eum virum tam feliciter christiana reipublicae consultum fuit. Refert enim praesens aetas similitudines quasdam eius temporis, in quod incidit Canisius, quem novarum rerum cupidinem et liberoris doctrinae cursum ingens iactura fidei se queretur morumque pervesitas. Utramque pestem, quem a ceteris omnibus, tum impensis a iuven-

tute propulsandam curavit alter ille post Bonifacium Germaniae Apostolus, neque solum opportunis concionibus aut disputandi subtilitate, sed scholis praesertim institutis editisque optimis libris. Cuius praeclara exempla sequuti multi etiam de vestra gente impigri homines iisdemque usi armis contra genus hostium minime rude, nunquam destiterunt ad religionis praesidium ac dignitatem, nobilissimas quasque disciplinas tueri, omnem honestarum artium cultum incenso animo persequi, libentibus ac probantibus Romanis Pontificibus, quibus solertissima semper cura fuit ut litterarum staret antiqua maiestas, et humanitas omnis nova in dies incrementa susciperet. Neque vos latet, Venerabiles Fratres, si quid Nobis ipsis maxime cordi fuit, id spectasse adolescentiam recte ac salubriter instituendam, cui rei certe, quantum licuit, ubicumque prospeximus. Nunc vero praesenti utimur occasione libenter, Petri Canisii strenui ducis

exemplum ob oculos ponentes iis qui in Ecclesiae castris militant Christo, ut, quem secum reputaverint iustitiae armis arma consocianda esse doctrinae, causam religionis acrius tueri possint atque felicius.

Quanti negotii munus suscepere vir catholicae fidei retinentissimus, proposita sibi causâ rei sacrae et civilis, facile occurrit Germaniae faciem intuentibus sub initia rebellionis lutheranae. Immutatis moribus atque in dies magis collabentibus, facilis ad errorem aditus fuit; error autem ipse ruinam morum ultimam maturavit. Hinc sensim plures a catholica fide desciscere; mox pervagari malum virus provincias fere universas; tum omnis conditionis fortunaeque homines inficere; adeo ut multorum animis opinio insideret causam religionis in illo imperio ad extrema esse deductam, morboque curando vix quidquam superesse remedii. Atque actum plane de summis rebus erat, nisi praesenti ope Deus adstitisset. Supererant quidem in Germania viri antiquae fidei, doctrina et religionis studio conspicui; supererant principes domus Bavaricae et Austriacae imprimisque rex romanorum Ferdinandus, eius nominis primus, quibus firmum erat rem catholicam totis viribus tueri atque defendere. At novum longeque validissimum periclitanti Germaniae subsidium addidit Deus, opportune natam ea tempestate Loyolaei Patris societatem, cui primus inter Germanos nomen dedit Petrus Canisius. — Huc profecto non attinet singula persecui de hoc viro eximiae sanctitatis; quo studio patriam disidiis ac seditionibus laceratam curaverit ad animorum consensionem et veterem concordiam revocare, quo ardore cum erroris magistris in disputationis certamen venerit, quibus concionibus animos excitaverit, quas molestias tulerit, quot regiones peragraverit, quam graves legationes fidei causâ suscepere. Verum, ut ad arma illa doctrinae animum referamus, quam ea constanter tractavit, quam apte, quam prudenter, quam opportune! Qui quum Messana reversus esset, quo se contulerat dicendi magister, mox sacris disciplinis tradendis in Coloniae, Ingoldstadii, Viennae Academiis egregiam operam dedit, in quibus regiam tenens viam probatorum scholae christianaे doctorum, theologiae *scholasticae* magnitudinem Germanorum animis aperuit. A qua

quum fidei hostes eo tempore summopere abhorserent, quod eâ catholica veritas fulciretur maxime, hanc scilicet studiorum rationem instaurandam curavit publice in lyceis atque in collegiis Societatis Iesu, quibus ipse excitandis tantum operae industriaeque contulerat. Neque eumdem a sapientiae fastigio puduit ad litterarum initia descendere et pueros erudiendos suscipere, scriptis etiam in eorum usum litterariis libris atque gramaticis. Quemadmodum vero a principum aulis, ad quos orationes habuisset, saepe redibat concionatus ad populum, ita, quum maiora scripsisset, sive de controversiis sive de moribus, componendis libellis manum admovebat, qui aut populi roborarent fidem aut pietatem excitarent atque foverent. Mirum autem quantum in eam rem profuit, ne errorum laqueis imperiti caperentur, edita ab ipso catholicae doctrinae Summa, densum opus ac pressura, nitore latino excellens, Ecclesiae Patrum stylo non indignum. Huic praeclaro operi, quod in omnibus paene Europae regnis ingenti plausu a doctis exceptum est, mole cedunt, non utilitate, celebrissimi duo illi *catechismi*, in rudiorum usum a beato viro conscripti, alter imbuendis religione pueris, alter erudiendis ipsâ adolescentibus, qui in litterarum studio versarentur. Uterque, ubi primum editus est, tantam catholicorum iniit gratiam, ut omnium fere manibus tereretur qui christianaë veritatis elementa traderent, neque in scholis tantum, veluti lac pueris sugendum, adhiberetur, sed publice in communem utilitatem explicaretur in templis. Quo factum est ut Canisius per annos tercentos communis catholicorum Germaniae magister habitus fuerit, utque in populari sermone duo haec plane idem sonarent, Canisium nosse ac veritatem christianam retinere.

Haec viri sanctissimi documenta ineundam bonis omnibus viam indicant satis. Novimus quidem, Venerabiles Fratres, hanc vestrae gentis laudem esse praeclaram, ut ingenio studiisque ad patrium decus provehendum, ad privata et publica comoda procuranda sapienter utamini ac felicissime. Verum interest plurimum, quidquid sapientum ac bonorum est inter vos, pro religione conniti strenue; ad ipsius ornamentum atque praesidium omne ingenii lumen, omnes litteraturae nervos referre;

eodemque consilio quidquid ubique benevertat sive artis incremento sive doctrinae arripere statim et cognitione complecti. Etenim si fuit unquam aetas, quae, ad rei catholicae defensionem, doctrinae atque eruditionis copiam maxime postularet, ea profecto nostra aetas est, in qua celerior quidam ad omnem humanitatem cursus occasionem aliquando praebet impugnandae fidei christiani nominis hostibus. Pares igitur vires afferendae sunt ad horum impetum excipiendum; preoccupandus locus; extorquenda e manibus arma, quibus nuntiatur foedus omne inter divina et humana abrumperem. Catholicis viris ita animo comparatis atque uti decet instructis plane licebit re ipsa ostendere, fidem divinam, non modo a cultu humanitatis nullatenus abhorrere, sed eius esse veluti culmen atque fastigium; eamdem, in iis etiam quae longe dissita aut inter se repugnantia videantur, tam amice posse cum philosophia componi et consociari, ut altera alterius luce magis magisque collustretur: naturam, non hostem, sed comitem esse atque administram religionis; huius haustu non modo omnis generis cognitionem ditescere, sed plurimum roboris ac vitae litteris etiam ceterisque artibus provenire. Quantum autem sacris doctrinis ornamenti ac dignitatis accedat ex profanis ipsis disciplinis, facile intelligi potest cui hominum natura cognita sit, prionior ad ea, quae sensus iucunde permoveant. Quare apud gentes quae prae ceteris humanitate commendantur, vix ulla fiducia est rudi sapientiae, eaque negliguntur maxime a doctis, quae nullam speciem formamque praeseferant. *Sapientibus autem debitores sumus non minus quam insipientibus*, ita ut cum illis in acie stare, hos debeamus labantes erigere ac confirmare.

Atque hic sane campus Ecclesiae patuit latissime. Nam, ubi primum post diurnas caedes rediit animus, quam fidem viri fortissimi sanguine obsignaverant, eamdem doctissimi homines ingenio suo et scientia illustrarunt. In hanc laudem primum conspiravere Patres, iis quidem lacertis, ut fieri nihil posset valentius; voce autem plerumque erudita et romanis graecisque auribus digna. Quorum doctrinae eloquentiaeque quasi aculeis excitati complures deinde impetum omnem in sacrarum

rerum studia coniecerunt, atque tam amplum christianae sapientiae quasi patrimonium collegerunt, in quo quavis aetate ceteris Ecclesiae homines invenirent unde aut veteres superstitiones evelarent, aut nova errorum portenta subverterent. Hanc vero uberem doctorum copiam nulla non aetas effudit, ne illa quidem excepta quum pulcherrima quaeque, barbarorum obnoxia rapinis, ad neglectum atque oblivionem recidissent; ita ut si antiqua illa humanae mentis manusque miracula, si res quae olim apud romanos aut graecos summo in honore erant, non penitus exciderunt, totum id acceptum Ecclesiae labori atque industriae sit referendum.

Quod si tantum religioni lumen accedit ex doctrinae studiis atque artium, profecto qui totos se in his collocarunt adhibeant opus est non modo cogitandi, verum etiam agendi solertiam, ne ipsorum solivaga cognitio et iejuna videatur. Sua igitur docti studia ad christiana reipublicae utilitatem, privatumque otium ad commune negotium conferentes efficiant, ut sua ipsorum cognitio, non inchoata quodammodo videatur, sed cum rerum actione coniuneta. Haec autem actio in iuventute instituenda maxime cernitur; quae quidem tanti negotii res est, ut partem laboris et curarum postulet maximam. Quamobrem vos in primis vehementer hortamur, Venerabiles Fratres, ut scholis in fidei integritate retinendis, aut ad ipsam, si opus fuerit, revocandis sedulo advigiletis, sive quae a maioribus institutae, sive quae conditae recentius fuerunt, nec pueriles tantum, sed etiam quas medias et quas academicas vocant. Ceteri autem e vestris regionibus catholici id in primis nitantur atque efficiant, ut in institutione adolescentium sua parentibus, sua Ecclesiae iura sarta tectaque sint. — Qua in re haec potissimum curanda. Primum, ut catholici scholas, praesertim puerorum, non mixtas habeant, sed ubique proprias, magistrique diligantur optimi ac probatissimi. Plena enim periculi est ea disciplina, in qua aut corrupta sit, aut nulla religio, quod alterum in scholis, quas diximus mixtas, saepe videmus contingere. Nec facile quisquam in animum inducat impune posse pietatem a doctrina seiungi. Etenim si nulla vitae pars, neque publicis neque

privatis in rebus vacare officio religionis potest, multo minus arcenda ab eo officio est aetas et consilii expers, et ingenio fervida, et inter tot corruptelarum illecebras constituta. Igitur qui rerum cognitionem sic instituat, ut nihil habeat cum religione coniunctum, is germina ipsa pulchri honestique corrumpet, is non patriae praesidium, sed humani generis pestem ac perniciem parabit. Quid enim, Deo sublato, adolescentes poterit aut in officio retinere, aut iam a recta virtutis semita devios et in praerupta vitiorum praecipites revocare?

Necesse deinde est non modo certis horis doceri iuvenes religionem, sed reliquam institutionem omnem christiana pietatis sensus redolere. Id si desit, si sacer hic halitus non doctorum animos ac discentium pervadat foveatque, exiguae capientur ex qualibet doctrina utilitates; damna saepe consequentur haud exigua. Habent enim fere sua quaeque pericula disciplinae, eaque vitari vix ab adolescentibus poterunt, nisi fraena quae-dam divina eorum mentibus atque animis iniiciantur. Cavendum igitur maxime, ne illud, quod caput est, iustitiae cultus ac pietatis, secundas partes obtineat; ne constricta iuventus iis tantummodo rebus, quae sub oculos cadunt, omnes nervos virtutis elidat; ne dum praeceptores laboriosae doctrinae fastidia ferunt et syllabas apicesque rimantur, minime sint de vera illa sapientia solliciti, cuius *initium timor Domini*, et cuius praeceptis in omnes partes usus vitae conformari debet. Multarum igitur rerum cognitio adiunctam habeat excolendi animi curam; omnem autem disciplinam, quaevis denique ea sit, religio penitus informet ac dominetur, eademque maiestate sua ac suavitate ita percellat, ut in adolescentium animis quasi aculeos relinquat.

Quandoquidem vero id Ecclesiae semper propositum fuerit, ut omnia studiorum genera ad religiosam iuvenum institutionem maxime referentur, necesse est huic disciplinae non modo suum esse locum, eumque praecipuum, sed magisterio tam gravi fungi neminem, qui non fuerit ad id muneric idoneus ipsius Ecclesiae iudicio et auctoritate probatus.

Verum non a puerorum tantum scholis postulat sua iura religio. Fuit tempus illud, quum legibus cuiusque Academiae, imprimisque Parisiensis, cautum erat, ut studia omnia ita se theologiae accommodarent, ut nemo iudicaretur ad sapientiae fastigium pervenisse, nisi eius disciplinae lauream adeptus. Augustalis autem aevi instaurator Leo decimus, ceterique ab illo Pontifices Decesores Nostri, romanum athenaeum alias studiorum, quas vocant, universitates, quum impia bella in religionem arderent, firmas velut arces esse voluere, ubi, ductu auspicioque christiana sapientiae, iuvenes docerentur. Eiusmodi studiorum ratio, quae Deo rebusque sacris primas deferebat, fructus tulit haud mediocres; certe illud effecit, ut sic instituti adolescentes melius in officio continerentur. Haec in vobis etiam fortuna iterabitur, si viribus omnibus contendetis, ut in scholis, quas medias vocant, in gymnasiis, lyceis, academiis sua religioni iura serventur. — Neque tamen id excidat *unquam*, consilia vel optima ad irritum cadere et inanem laborem suscipi, si animorum consensio desideretur atque in agendo concordia. Quid enim efficient bonorum divisae vires adversus coniunctum impetum hostium? Aut quid singulorum proderit virtus, ubi nulla sit communis disciplina? Quare vehementer hortamur, ut, remotis importunis controversiis partiumque contentionibus, quae facile animos dissociare possunt, de curando Ecclesiae bono omnes uno ore consentiant, collatis viribus in id unum conspirent ac eamdem afferant voluntatem, *solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.*<sup>1)</sup>

Haec suasit ut moneremus sanctissimi hominis memoria et recordatio; cuius utinam praeclara exempla in animis haereant, excitentque eius amorem sapientiae, quae a curanda hominum salute et Ecclesiae dignitate tuenda nunquam recedat. Confidimus autem, vos, Venerabiles Fratres, quae vestra prae ceteris sollicitudo est, socios et consortes habituros gloriosi laboris e viris doctissimis quamplurimos. Sed rem nobilem, quasi in suo sinu positam, praestare ii poterunt maxime, quicumque praeclaro muneri instituendae iuventutis sunt Dei providentia praepositi. Qui, si illud

<sup>1)</sup> Ad Eph. IV, 3.

meminerint, quod veteribus placuit, scientiam, quae remota sit ab iustitia, calliditatem potius quam sapientiam esse appellandam, aut melius, si animo defixerint quod Sacrae Litterae affirmant, *vani sunt... omnes homines, in quibus non subest scientia Dei*<sup>1)</sup>, discent armis doctrinae non tam ad privata commoda uti, quam ad communem salutem. Fructus autem laboris industriaeque suae eosdem se latus sperare poterunt, quos in suis olim collegiis atque institutis Petrus Canisius est consecutus, ut dociles ac morigeros experiantur adolescentes, honestis moribus ornatos, ab impiorum hominum exemplis longe abhorrentes, aeque de scientia ac de virtute sollicitos. Quorum in animis ubi pietas altius radices egerit, fere aberit metus ne opinionum pravitate inficiantur aut a pristina virtute deflectant. In his Ecclesia, in his civilis societas spem optimam reponet futuros aliquando

egregios cives, quorum consilio, prudentia, doctrina, et rerum civilium ordo et domesticae vitae tranquillitas possit salva consistere.

Quod reliquum est, Deo optimo maximo, qui est *scientiarum Dominus*, Eiusque Virgini Matri, quae *Sedes sapientiae* appellatur, deprecatore adhibito Petro Canisio, qui doctrinae laude tam bene est de Ecclesia catholica meritus, preces adhibeamus, ut votorum, quae pro ipsius Ecclesiae incremento ac pro bono iuventutis concepimus, fieri compotes liceat. Hac spe freti, vobis singulis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro universo, auspicem caelestium munera et paternae benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die I Augusti MDCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

### LEO PP. XIII.

<sup>1)</sup> Sap. XIII, 1.

48.

### De S. Familia.

Nonnulla solvuntur dubia circa piam Adsociationem a S. Familia.

Plures Rmi Ordinarii varia dubia proposuerunt solvenda circa hanc piam Adsociationem, quorum praecipua, . . . ut nota fiant, quibus interest, referri permittimus.

Dubium I. An ii, qui cum familia quadam mensa communi utuntur et familiariter vivunt, in socrorum numerum adscisci cupientes sub nomine illius familie percipi possint?

Affirmative sed in regesto parochiali adnotanda sunt nomina et cognomina et circumstantia cohabitationis.

Dubium II. An ii, quibus societas cum certa familia non est, ad communes preces domesticas recitandas cuilibet familie se adiungere possint, et hoc modo indulgentias concessas lucentur?

Affirmative, dummodo qui familie ad recitandas preces consariantur, iam nomen dederint piae Consociationi.

Dubium III. An ad indulgentias plenarias et partiales lucrificandas sufficiat sola adscriptio in tabulas piae Consociationis?

Provisum in Statutis et Regulis, — Requiritur adscriptio et simul recitatio precum.

Dubium IV. An ad indulgentias lucrandas Consecrationis formula per parochum rectorem in facie ecclesiae adhibenda sit?

Provisum in Statutis sub n. 5, nempe: Non indigere essentialiter.

Dubium V. An ad familiam per parochum in ecclesia consecrandam, cunctos domesticos personaliter se sistere opus sit?

Non indigere, si caeteris conditionibus ipsi domestici satisfaciant. Nomina vero domesticorum in regesto adnotanda sunt.

Dubium VI. An ad lucrandas indulgentias, per praesentiam solius patrisfamilias vel matrisfamilias satisfiat?

Indulgentiae lucrantur a quibus formula recitatur vel preces praescriptae.

Dubium VII. An parochus, qui est rector in sua parochia, cum domesticis suis piae Consociationi se adscribere et aggregare queat?

Affirmative.

Dubium VIII. An parochus, quando senectute vel adversa valetudine confractus, officia piae Consociationi coniuncta alii presbytero committit, etiam

privilegia et indulgentias a Sede Apostolica parochio concessa illi presbytero suas vices gerenti delegare valeat?

Affirmative. Servatis tamen regulis Iuris Canonici quoad delegationem.

Datum Romae, ex Aedibus Vicariatus, die 28. Martii 1897.

**Raphael Chimenti,**

Piae Adsociationis a Sacra Familia Secretarius.

49.

### Commemoratio SS.mi Sacramenti

in Missa coram SS.mo exposito quando omittenda?

*Strigonien.* — 3. Jul. 1896 — Commemoratio SS.mi Sacramenti facienda in missa coram SS.mo exposito, servatis Rubricis, non excluditur in Festis Domini, juxta Decreta, dummodo non versetur in eodem Mysterio; quaeritur: „An praedicta Commemoratio omittenda sit in Festis et infra Octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Circumcisionis et Transfigurationis Domini; itemque in Festis SS. Nominis Jesu, SS. Redemptoris et Passionis Domini, prouti ex Decretis omittitur in Festis SS. Cordis Jesu et Pretiosissimi Sanguinis“?

Et Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto unius ex eiusdem S. Congregationis Consultoribus, rescribendum censuit;

*Commemorationem SS.mi Sacramenti, ob identitatem Mysterii, solummodo omittendam esse in Festis Passionis, Crucis, SS. Redemptoris, SS. Cordis Jesu et Pretiosissimi Sanguinis.*

Atque ita rescripsit. Die 3. Julii 1896.

**Aloisius Triepi**, Secret.

**Caj. Card. Aloisi-Masella**, Praef.

50.

### Begriff der Ausübung gottesdienstlicher Verrichtungen.

Als in Ausübung gottesdienstlicher Verrichtungen (§ 303 St.-G.) begriffen ist der Religionsdiener, sobald er mit den äusseren Abzeichen seines Amtes angethan zur Vornahme einer gottesdienstlichen Verrichtung sich anschickt und insolange anzusehen, bis er wegen Abschlusses der gottesdienstlichen Thätigkeit die rituellen Abzeichen wieder ablegt.

Der Kassationshof hat mit Plenarentscheidung vom 14. Juli 1896, B. 8064, über die von der Generalprokuratur zur Wahrung des Gesetzes erhobene Nichtigkeitsbeschwerde zu Recht erkannt, durch die Entscheidung des Oberlandesgerichtes Zara vom 17. August 1895, B. 4056, mit welcher dem Einspruche des Johann S. gegen die Anklageschrift der Staatsanwaltschaft Zara vom 26. Juni 1895, B. 718, wegen Mangels des Thatbestandes des Vergehens nach § 303 St.-G. stattgegeben worden ist, sei das Gesetz, und zwar in Ansehung des § 303 St.-G. verlegt worden.

**G r ü n d e:** Die Staatsanwaltschaft Zara hatte am 26. Juni 1895, unter B. 718, die Anklage gegen Johann S. wegen Vergehens nach § 303 St.-G. erhoben. Am 5. Jänner 1895, dem Vorabende des Epiphaniestes, begab sich nämlich der Pfarrer P. Johann S., mit den rituellen Gewändern angethan, dem Kreuze in der Hand, von zwei Ministranten, deren einer das Rauchfass und das Weihwasser trug, begleitet, in Ornis von Haus zu Haus, um dem katholisch-kirchlichen Gebrauche gemäß die Häuserweihe vorzunehmen. Bei dem Hause des Beschuldigten angelangt, fand er die Haustürre

geschlossen. Es ward von einem der Ministranten die Hausthüre gezogen, die Thüre öffnete sich und der Beschuldigte S. erschien, sobald er des Pfarrers und der beiden Ministranten ansichtig ward, ihnen im verlebenden Tone sagte: „Ich kaufe keine Heiligthümer“ und sodann die Thüre vor ihnen kräftig zuschlug. Dies im wesentlichen die Erzählung des Sachverhaltes in der Anklageschrift, entsprechend den Aussagen des Pfarrers und seiner beiden Begleiter. Die Staatsanwaltschaft erkennt im Vorgehen des Angeklagten die Beleidigung eines katholischen Religionsdieners bei Ausübung gottesdienstlicher Verrichtungen. Dem Einspruch des Beschuldigten wurde vom Oberlandesgerichte Zara mit Entscheidung vom 17. August 1895, B. 4056, stattgegeben, und das Verfahren eingestellt, in der Erwägung, daß die Handlung, deren der Einspruchsverber angeklagt ist, nicht zu einer Zeit geschah, in welcher der Pfarrer eine gottesdienstliche Verrichtung ausübte, sondern in einem Zeitpunkte, da er an der Hausthüre erschien, um zur Vornahme der Epiphaniweihe in das Haus eingelassen zu werden, daß also in der von der Anklage beschriebenen That die Merkmale des Vergehens nach § 303 St.-G. fehlen. Die Entscheidung des Oberlandesgerichtes Zara erscheint rechtsirrtümlich.

Wie schon der Wortlaut des Gesetzes durch den Gebrauch des Wortes „bei (nicht „während“) Ausübung gottesdienstlicher Verrichtungen“ erkennen lässt, und wie es der Natur der Sache (dem Bedürfnisse eines wirklichen Schutzes des funktionierenden Priesters) entspricht, ist der Priester von dem Augenblicke an, wo er, mit den äußeren Abzeichen seines

Amtes bekleidet, sich zur Vornahme einer gottesdienstlichen Verrichtung anschickt, bis zu jenem Zeitpunkte, wo er, nach Vollendung derselben, die rituellen Abzeichen wieder ablegt und seine gottesdienstliche Thatigkeit schließt, als in Ausübung gottesdienstlicher Verrichtungen begriffen anzusehen. Wo das Kommen und Gehen des Priesters zu der gottesdienstlichen Funktion und von derselben selbst als ritueller Akt erscheint, wie dies insbesondere durch das Tragen ritueller Abzeichen auch nach außen sichtbar wird, dort steht der Priester auch in diesen der eigentlichen gottesdienstlichen Verrichtung vorausgehenden und nachfolgenden Zeiträumen, in denen er sich aber noch in unmittelbarer Beziehung zu der noch vorzunehmenden oder schon vorgenommenen gottesdienstlichen Verrichtung befindet, unter dem Schutze des § 303 St.-G.; denn die Vorbereitung zur gottesdienstlichen Verrichtung bildet gerade so, wie die Rückkehr von derselben, einen integrierenden Theil der gottesdienstlichen Verrichtung selbst, welche ja ohne diese vorhergehende und nachfolgende Thatigkeit oft gar nicht ausführbar wäre. Nicht als Privater, sondern als funktionierender, d. i. in Ausübung der gottesdienstlichen Verrichtung der Häuserweihe, die mit dem Ausgänge des Pfarrers begann und erst mit dessen Rückkehr von dieser Funktion endete, befindlicher Priester erschien daher Pfarrer K. vor dem Hause des Beschuldigten; wurde er in diesem Zeitpunkte beleidigt, so erwies sich die Strafbestimmung des § 303 St.-G. als anwendbar, und das Oberlandesgericht hat sie mit Unrecht ausgeschlossen. Dem Gesagten zufolge wurde der Nichtigkeitsbeschwerde stattgegeben.

## 51.

## Izseljevanje v Brazilijo.

Visoko c. kr. deželno predsedništvo za Kranjsko sporoča v svojem dopisu z dné 31. oktobra tega leta, štev. 5313/pr., nastopno:

»Po nekem sporočilu visokega c. in kr. ministerstva za zunanje zadeve na visoko c. kr. ministerstvo za notranje stvari je sklenila državna vlada v Sao. Paulo meseca avgusta leta 1897. s tvrdkama A. Fiorita & Co. in José Antoneo dos Santos pogodbo, s katero se obe tvrdki zavezujeta, v teku treh let spraviti 60.000 naseljencev iz Evrope v državo Sao. Paulo.

Po tej pogodbi se prva teh tvrdk zavezuje, nabit med drugimi 10.000 Avstrijevcv, in sicer po Tirolskem, Štajerskem, Goriškem, Primorskem, po Istri in Galiciji.

Vseljenci morajo biti izključno le poljedelci. Opravljali bodo pri pridelovanju kave tista dela, katera so opravljali doslej večinoma zamorci in katerih so se zlasti gališki naseljenci vsikdar odločno branili.

Bati se je torej, da utegnejo izseljence, ako ne pojde drugače, spraviti celo s silo na kavne nasade.

Čisto izključeno je pa pri tem, da bi prišli na vladne naselbine, na katere gališki izseljeni tako radi hodijo, ker vlada na naselitev samostojnih kolonistov ni pripravljena in je sploh zadnji čas popolnoma ustavila naseljevanje kolonistov po državnih naselbinah.

Ker preti tvrdki A. Florita & Comp. v slučaju, ako bi svoje zaveze ne držala, znatna globla, napela bo brezdvomno po svojih agentih vse sile, da spolni svojo obljubo. Zato bo gotovo razvila hudo agitacijo za izseljevanje v imenovano državo.

Omenjena tvrdka je v neposredni zvezi z genoveško parobrodno družbo »La Ligure brasiliiana« in »La Ligure americana«. Ona ima namreč njuno zastopstvo za Brazilijo in njen agent za Avstrijo je glasoviti Anton Gergolet v Genovi. — Družba »La Ligure brasiliiana« namerava neki, po sporočilu c. in kr. generalnega kon-

zulata v Genovi, osnovati v Vidmu (Udine) agenturo za izseljevanje, kar utegne biti v zvezi s predstoječo zadevo.«

Vsled tega se je bati, da utegnejo pri teh razmerah izseljevalni agentje pomnožiti svoje napore, in zato prosi visoko c. kr. deželno predsedništvo, naj bi tudi č. duhovščina podpirala delovanje političnih oblastev, ki meri na to, ljudi podučiti in odvračevati od osodepolnega izseljevanja v Brazilijo.

Ta bojazen je le preveč opravičena z ozirom na razne prežalostne skušnje zadnjih let, opravičena ne le

zaradi tega, ker spravljajo izseljenci v Brazilijo v največjo nevarnost svoje imetje, svoje zdravje in svoje življenje, ampak še bolj, zarad tega, ker spravljajo v največjo nevarnost svojo dušo, svoje večno zveličanje.

Prosim torej č. gg. dušne pastirje, naj povsodi s pazljivim očesom zasledujejo pogubno delovanje agentov ter poduče in opozorite ljudi pravočasno na žalostno osodo, ki jih čaka v brazilijanskih kavnih poljanah; ker zapeljanim in na led speljanim ne bo mogoče več pomagati.

## 52.

### L i t e r a t u r a .

*Editio altera, recognita et aucta, Commentarii in Evangelium s. Joannis, concinnati per Leonardum Klofutar, Praepositum mitratum Capituli cathedralis Labacensis, Ss. Theologiae Doctorem, Instituti studiorum theol. Directorem, nec non studii Biblici N. T. Professorem p. o. emeritum etc. Approbationis Episcopatus Labacensis ddo 27. Julii 1893 haec sunt verba: Recognitus hic Commen-*

tarius in Evangelium s. Joannis, uti nihil continet, quod doctrinae Ecclesiae vel morum honestati aduersetur, ita sedula limatus est emendatione, ac novis excellit additamentis, dignissimus profecto, quem studiosis S. Scripturae commendemus, qui que Reverendissimo Auctori jubilari perennem legentium gratitudinem peracturus censeatur.

## 53.

### Konkurzni razpis.

Razpisane so sledeče župnije: Podbrezje v dekaniji kranjski, Postojna v dekaniji postojniški, Sv. Trojica v dekaniji trebniški, in Logatec v dekaniji vrhniški.

Prošnje za župniji Logatec in Podbrezje so obrniti na visokočastiti knezoškofijski ordinariat v Ljubljani, za župnijo sv. Trojica na velečastiti kapitelj v Novem mestu in za župnijo Postojna na visoko c. kr. deželno vlado v Ljubljani.

Zadnji rok za vlaganje je 8. januvar 1898.

## 54.

### Škofija skronika.

Župnija Sora je podeljena č. g. Francu Hiersche, beneficijatu na Vrhopolu pri Moravčah, in župnija Zgornji Tuhiń Č. g. Janezu Žabukovec, kapelanu na Podbrezju. Č. g. Valentin Jakelj, eksposit v Ribnem, imenovan je župnim upraviteljem pri sv. Križu nad Jezenicami, in č. g. Karol Dornig, kapelan v Horjulu, župnim upraviteljem v Podbrezju.

Č. g. Janez Rihtaršič, kapelan na Vrhniku, je prestavljen v Horjul kot kapelan.

Č. g. dr. Jožef Gruden, kapelan v Šmartnu pri Kranji, je stopil v začasni pokoj.

Umrli so č. g. gospodje: Jakob Stariha, častni kanonik, dekan in vpokojeni župnik škofije tržaške, v Črnomlju, 8. oktobra; Jožef Gerčar, župnik pri sv. Trojici, 24. oktobra; Lorenc Bergant, župnik v Logatcu, 10. novembra, Janez Hofstetter, častni kanonik, dekan in župnik v Postojni, vitez Franc Jožefovega reda, dné 14. novembra, in Janez Golob, župnik na Podbrezju, v Trstu 17. novembra.

Priporočajo se v molitev častiti duhovščini.

Knezoškofijski ordinariat Ljubljanski, dné 17. novembra 1897.